quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terraz suam. Et nunc quomodo poteris sustinere equitatu et exercitum tantum in campo ubi non est lapis neque saxum neque locus fugiendi. Et audiuit autem ionathas sermones appollonij. motus est animo. Et elegit decem milia virozum: et exiit ab hierusalē: et occurrit ei simon frater eius in adiutorium. Et applicuerunt castra in ioppen. Et exclusit eum a ciuitate. quia custodia appollonij ioppe erat et oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate aperuerunt ei: et obtinuit Ionathas ioppen. Et audiuit appollonius: et admouit tria milia equitum et exercitum multum. Et abiit azotum tanquam iter faciens: et statim exiit in campum eo quod haberet multitudinem equitum et consideret in eis. Et insecutus est eum ionathas in azotum et commiserunt prelium. Et reliquit appollonius in castris mille equites post eos occulte. Et cognouit ionathas quoniam in illa die sunt post se. et circumierunt castra eius: et eiecerunt iacula in populuz a mane usque ad vesperam. Populus autem stabat sicut preceperat Ionathas et laborauerunt equi eorum. Et eiecit Simon exercitum suum: et commisit contra legionem. Equites enim fatigati erant. Et contriti sunt ab eo et fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum fugerunt in azotum: et intrauerunt in bethagon idolum suum ut se ibi liberarent. Et succendit ionathas azotum et ciuitates que erant in circuitu eius: et accepit spolia eorum: et templum dagon et omnes qui fugerunt in illud succendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui successi sunt. fere octo milia virozum. Et mouit inde Ionathas castra: et applicuit ea ascalonem et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est Ionathas in hierusalem cum suis habentibus spolia multa. Et factum est ut audiuit alexander rex sermones istos. addidit adhuc glorificare ionatham. Et misit ei fibulam auream. sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei accharon et omnes fines eius in possessionem.

XI

**E**t rex egypti congregauit exercitum sicut arenam que est circa oram maris: et naues multas: et querebat obtinere regnum alexandri dolo: et addere illud regno suo. Et exiit in syriam ubi sunt pacificis: et aperiebant ei ciuitates et occurrebant ei. quia mandauerat alexander rex exire ei obuiam. eo quod socer suus esset. Cum autem introret ciuitatem ptolomeus ponebat custodes militum in singulis ciuitatibus. Et ut appropiauit azoto ostenderunt ei templum dagon succensum igni: et azotum et cetera eius demolita et corpora proiecta: et eorum qui celi erant in bello tumulos quos

fecerant secus viam. Et narrauerunt regi quia hec fecit ionathas. ut inuidiam faceret ei. Et tacuit rex. Et occurrit ionathas regi in ioppen cum gloria: et inuicem se salutauerunt: et dormierunt illic. Et abiit ionathas cum rege usque ad fluum qui vocabatur cleutherus. et reuersus est in hierusalem. Rex autem ptolomeus obtinuit dominium ciuitatum usque seleuciam maritimum et cogitabat in alexandriam consilia mala. Et misit legatos ad demetrium dicens. Veni componamus inter nos pactum et dabo tibi filiam meam quam habet Alexander: et regnabis in regno patris tui. Penitet enim me quod dederim illi filiam meam. Quesiuit enim me occidere. Et vituperauit eum: propterea quod concupierat regnum eius. Et abstulit filiam suam et dedit eam demetrio et alienauit se ab alexandro: et manifestate sunt inimicitie eius. Et intrauit ptolomeus antiochia et imposuit duo die demata capiti suo. egypti et asie. Alexander autem rex erat in cilicia illis temporibus: quia rebellabant qui erant in locis illis. Et audiuit alexander: et venit ad eum in bellum. Et produxit ptolomeus rex exercitum: et occurrit ei in manu valida: et fugauit eum. Et fugit alexander in arabiam: ut ibi pregeretur. Rex autem ptolomeus exaltatus est. et abstulit zabdihel arabs caput alexandri: et misit ptolomeo. Et rex ptolomeus mortuus est in die tertia: et qui erant in munitioibus perierunt ab his que erant intra castra. Et regnauit demetrius anno centesimo septuagesimo septimo. In diebus illis congregauit ionathas eos que erant iudea ut expugnet arcem que est in hierusalem et fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam que oderant gentem suam viri iniqui ad regem demetrium: et renunciauerunt ei quod ionathas obsideret arcem. Et ut audiuit iratus est: et statim venit ptolomaida et scripsit ionathae ne obsideret arcem: si occurreret sibi ad colloquium festinatum. Et audiuit autem ionathas iussit obsidere. Et elegit de senioribus israel et de sacerdotibus: et dedit se periculo. Et accepit aurum et argentum et vestem et alia centena multa: et abiit ad regem ptolomaidam et inuenit gratiam in conspectu eius. Et interpellabant aduersus eum quidam iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex: sicut fecerat ei qui ante eum fuerant. Et exaltauit eum in conspectu omnium amicorum suorum: et statuit ei principatum sacerdotum: et quecumque alia habuit prius preciosa: et fecit eum principem amicorum. Et postulauit ionathas a rege ut immunem faceret iudeam et tres toparchias. id est samariam et confines eius: et permisit ei talenta trecenta. Et consensit rex et scripsit ionathae epistolas de his omnibus hunc

modū cōtinentes. **R**ex demetrius fratri Jonathe salutē et genti iudeozū. **E**xempluz epistolę quā scripsim⁹ lastheni parenti nostro d vobis misimus ad vos vt sciretis. **R**ex demetrius: lastheni parēti salutē. **G**enti iudeorum amicis nostris et cōseruantibus que iusta sunt apud nos decreuimus bñfacere propter benignitates ipsorū quā erga nos habēt. **S**tatuimus ergo illis omēs fines iudee et tres ciuitates lydam et ramathe que addite sūt iudee ex samaria: et omēs confines earuz sequestrari oibus sacrificantibus in hierosolymis pro his que ab eis p̄sus accipiebat rex per singulos annos: et p̄ fructibus terre et pomozū. **E**t alia que ad nos p̄tinebant decimarū et tributozū: ex hoc tempe remittimus eis: et areas salinarū et coronas que nobis deferebantur omia ipsis concedimus: et nihil horū irritum erit ex hoc et in omne tempus. **N**unc ergo curate facere horū exemplū: et detur ionathe et ponat in monte sancto et in loco celebrē. **E**t videns demetrius rex qd siluit terra in cōspectu suo et nihil ei resistit dimisit totū exercitum suum vnū quēq; in locum suū excepto p̄ egrino exercitu quem traxit ab insul⁹ gentiū. et inimicierāt ei omēs exercitus patruz eius. **T**riphon autē erat qdam partium alexandri p̄sus: et vidit quoniā omis exercitus murmurauit p̄tra demetriū: et iuit ad emalchuel arabem qui nutrebat antiochū filium alexandri et assidebat ei vt traderet eum ipsi vt regnaret in loco patris sui. **E**t enunciauit ei quanta fecit demetrius et inimicicias exercituum eius aduersus illuz. **E**t mansit ibi diebus multis. **E**t misit Ionathas ad demetriū regem vt eijceret eos qui in arce eant in hierlm: et qui in p̄sidijs erāt quia im pugnabant israel. **E**t misit demetrius ad ionathā dicēs. **N**ō hoc tantum faciā tibi et genti tue: sed gloria illustrabo te et gentē tuam cuz fuerit oportunū. **N**ūc ergo recte feceris si miseris in auxilium mihi viros: quia discessit omis exercitus me⁹. **E**t misit ei ionathas tria milia virozū fortiuꝝ antiochiam. **E**t venerūt ad regem: et delectatus est rex in aduentu eorum. **E**t conuenerūt qui erāt de ciuitate: centum vigintimilia virozū et volebant interficere regem. **E**t fugit rex in aulam: et occupauerunt qui erant de ciuitate itinera ciuitatis et ceperūt pugnare. **E**t vocauit rex iudeos in auxiliū: et cōuenerūt omēs simul ad eū. **E**t dispsi sunt omēs p̄ ciuitatem et occiderūt in illa die centum milia hoim. **E**t succēderunt ciuitatē: et ceperunt spolia multa in illa die: et liberauerūt regē. **E**t viderunt qd erāt de ciuitate qd obtinuisent iudei ciuitatem sicut volebāt: et infirmati sūt mente sua: et

clamauerūt ad regē cū p̄cib⁹ dicētes. **P**anob dextras: et cessent iudei oppugnare nos et ciuitatē. **E**t piecerūt arma sua et fecerunt pacem. **E**t glorificati sunt iudei in p̄spectu regis et in p̄spectu oim qd erant in regē eius: et noiati sunt in regē. **E**t egressi sunt in hierlm. habētes spolia multa. **E**t sedit demetri⁹ rex in sede regni sui: et siluit terra in p̄spectu ei⁹. **E**t mētītus ē oia qd dicit: et abalienauit se a ionatha: et nō retribuit ei fm bñficia qd sibi tribuerat: et verabat eū valde. **P**ost hec autē reūsus est triphon et antioch⁹ cū eo puer adolescēs et regit et iposuit sibi diadema. **E**t p̄gregati sunt ad eū oēs exercit⁹ qd dispserat demetrius: et pugauerunt p̄tra euz et fugit et terga dedit. **E**t accepit triphon bestias et obtinuit antiochiā. **E**t scripsit antioch⁹ adolescēs ionathe dicēs. **C**onstituo tibi sacerdotiū: et p̄stituo te sup qtuor ciuitates vt sis de amicis regi. **E**t misit illi vasa aurea in misterium: et dedit ei p̄tatem bibēdi in auro et esse in purpura: et h̄re fibulā auream. **E**t simonē fratrem eius cōstituit ducē a terminis tyri vsq; ad fines egypti. **E**t exiit ionathas et pambulabat trans flumē ciuitates et cōgregatus est ad euz omis exercitus syrie i auxiliū. **E**t venit ascalonē: et occurrerunt ei honorifice de ciuitate. **E**t abiit inde gazam: et cōcluserunt se qd erant gaze: et obsedit eam: et succēdit qd erant in circūitu ciuitat⁹: et predatus est eā. **E**t rogauerūt gazenses ionathā et dedit illis dextrā: et accepit filios eorum obsides: et misit illos i hierlm: et pambulauit regionē vsq; damascū. **E**t audiuit ionathas qd p̄uaricati sunt p̄ncipes demetrii in cades que est in galilea cum exercitu multo volētes eū remouere a negotio regni et occurrit illis: fratrem autē suū simonē reliquit intra puinciam. **E**t applicuit simon ad bethsuram: et expugnat eam diebus multis et cōcluserunt eos. **E**t postulauerunt ab eo dextras accipere: et dedit illis. **E**t eiecit eos inde et cepit ciuitatez et posuit in ea p̄sidium. **E**t ionathas et castra eius applicuerunt ad aquam genesar: et ante lucez vigilauerunt in campo azor. **E**t ecce castra alienigenaruz occurrebant in campo: et tēdebant ei insidias in montibus: ipse autē occurreret ex aduerso. **I**nsidiezo exurrerunt de locis suis: et cōmiserunt preliuz. **E**t fugerunt qd erant ex parte ionathe oēs: et nemo relictus ē ex eis nisi matathias fili⁹ absolomi: et iudas filius calphi princeps militie exercitus. **E**t scidit ionathas vestimēta sua: et posuit terram in capite suo et orauit. **E**t reūsus est ionathas ad eos in plium et cōuertit eos in fugaz: et pugnaverunt. **E**t viderunt qui fugiebāt partis illius: et reuersi sunt ad eum et insequēbant



# Machabeorum

cum eo omēs vsq; cades ad castra sua ⁊ puenērūt vsq; illuc. Et ceciderūt de alienigenis in die illa tria milia viroꝝ: et reuersus est ionathas in hierusalem. XII

**E**t vidit ionathas quia tempus eum iuuat: et elegit viros et misit eos romam statuere ⁊ renouare cū eis amicitiam. Et ad spartiatas et ad alia loca misit epistolas s̄m eandē formaz. Et abierunt romaz ⁊ intrauerunt curiaz: ⁊ dixerunt. Ionathas summus sacerdos et gens iudeoꝝ miserunt nos: vt renouemus amicitiaz ⁊ societatem s̄m p̄stinū. Et dederūt illis epistolas ad ipsos per loca: vt deducerent eos in terrā iudaꝝ cuꝝ pace. Et hoc est exemplꝝ epistolarꝝ quas scripsit ionathas spartiat̄s. Ionathas summus sacerdos: ⁊ seniores gentis: ⁊ sacerdotes ⁊ reliquus populus iudeoꝝ: spartiat̄ fratribus salutē. Jam p̄dez misse erāt epistole ad onīā summū sacerdotē a dario q̄ regnabat apud vos: quoniā estis fratres nostri: sicut scriptꝝ continet quod subiectū est. Et suscepit onias virum q̄ missus fuerat cuꝝ honore: ⁊ accepit epistolas in q̄bus significabat̄ d̄ societate ⁊ de amicitia. Nos enim cum nullo hoꝝ indigeremus habentes solatio sanctolibros q̄ sunt in manibus nostris: maluimus mittere ad vos renouare fratritates ⁊ amicitiam: ne forte alieni efficiamur a vobis. **M**ulta enim tempa transierunt ex quo misistis ad nos. Nos q̄ in omni tēpe sine intermissione i diebus solennibus et ceteris q̄b̄ oportet. memores sumus vestri in sacrificijs que offerimus et in obfuationibus sicut phas est et decet meminisse fratruꝝ. **R**etamur itaq; de gloria v̄ra. Nos autē circūdedērūt multe tribulationes et m̄tra p̄lia: et impugnauerūt nos reges qui sunt in circūitu nostro. **N**olumꝝ ergo vobis molesti esse neq; ceteris socijs et amicis n̄ris i his p̄lijs. **H**abuimus enim de celo auxilium et liberati sumꝝ nos: ⁊ humiliati sunt iimici n̄ri. **E**legimus itaq; nemeniū antiochi filiū et āti-patrem iasonis filium: et misimus ad romanos renouare cū eis amicitiam et societatem pristinaꝝ. **M**andauimꝝ itaq; eis vt veniant etiā ad vos: ⁊ salutēt vos: ⁊ reddāt vob epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostre. **E**t nunc b̄nfacietis respōdentes nob̄ ad hec. **E**t b̄ rescriptū est eplaruꝝ q̄d misit onias. **R**ex spartiataruꝝ onias: ionathe sacerdoti magno salutē. **I**nuentꝝ est in scriptura de spartiat̄s ⁊ iudeis: qm̄ sunt fratres: ⁊ qz sunt de genere abraam. **E**t nūc ex quo hec cognouimus b̄nfacitis scribentes nobis de pace vestra. **S**ed ⁊ nos rescripsimus vobis. **D**ecora nostra ⁊ possessiones n̄re vestresunt: et vestre

nostre. **M**andauimꝝ itaq; hec nūcari vob. **E**t audiuit ionathas qm̄ regressi sūt p̄ncipes demetriꝝ cū exercitu multo supra q̄ p̄us puḡ re aduersus euz. ⁊ exiit ab hierlm̄: ⁊ occurrit eis in amathite regione. **N**on enim dederat eis spatiū vt ingrederent̄ regionem eius. **E**t misit speculatores in castra eozꝝ: ⁊ reuersi renūciauerunt qz constituerūt supuenire illic nocte. **C**ū occidisset autē sol precepit Ionathas suis vigilare: ⁊ esse in armis paratos ad puḡnā tota nocte. **E**t posuit custodes p̄ circūitū castrorum. **E**t audierunt aduersariꝝ qz paratus est Ionathas cum suis in bello et timuerunt ⁊ formidauerūt in corde suo: ⁊ accenderunt focos in castris suis. **I**onathas autē ⁊ q̄ cuꝝ eo erāt nō cognouerunt vsq; mane. **U**t debāt autē luminaria ardētia: ⁊ secutꝝ est eos ionathas ⁊ nō comprehendit eos. **T**ransierunt enim flumen eleutheruz. **E**t diuertit ionathas ad arabes q̄ vocabant̄ zabudei: ⁊ percussit eos ⁊ accepit spolia eozꝝ. **E**t iunxit: ⁊ venit Damascū: ⁊ pambulabat omnē regionem illam. **S**imon autē exiit: ⁊ venit vsq; ascaloneꝝ ⁊ ad p̄xima p̄sida: ⁊ decliauit i iopen: ⁊ occupauit eaz. **A**udiuit enim qz vellent presidium tradere partibus demetriꝝ: et posuit ibi custodes vt custodirent eaz. **E**t reuersus est ionathas ⁊ conuocauit seniores populi: ⁊ cogitauit cū eis edificare presidia in iudea: ⁊ edificare muros in hierlm̄ ⁊ exaltare altitudine magna inter mediū arcis et ciuitatis: vt seperaret eam a ciuitate vt esset ipsa singularit̄ et neq; emāt neq; vendant. **E**t conuenerunt vt edificarent ciuitatem: et cecidit murus qui erat sup̄ torrentem. ab oriū solis: ⁊ reparauit eum qui vocatur caphetheta. **E**t simō edificauit adiada in sephela: ⁊ muniuit eam: ⁊ imposuit portas et seras. **E**t cum cogitasset triphon regnare asie: et assumere diadema et extendere manū in antiochum regem: timens ne forte nō permitteret eum ionathas: sed pugnaret aduersus eum: querebat comprehendere eum et occidere. **E**t exurgens abiit in bethsan: et exiit ionathas obuiam cū quadraginta milibus viroꝝ electoꝝ in preliū: ⁊ venit bethsan. **E**t vidit triphon qz venit ionathas cum exercitu multo: vt extenderet in eū manus: ⁊ timuit. **E**t excepit eum cum honore: et cōmendauiit eum omnibus amicis suis: ⁊ dedit ei munera. **E**t precepit exercitibus suis vt obedirent ei sicut sibi. **E**t dixit Ionathe. **U**t quid veraxti vniuersum populꝝ: cum bellum nobis non sit. **E**t nunc remitte eos in domos suas. **E**lige autē tibi viros paucos qui tecum sint: et veni mecum p̄tolomaidam: et tradaz eā tibi: et reliqua presidia et exercitiꝝ: ⁊ vniū

los ppositos negocij: et cōuersus abibo. Propterea enim ueni. Et credidit ei: et fecit sicut dixit et dimisit exercitū: et abierūt in terrā iuda. Retinuit autē secū tria milia uirorum: ex quibus remisit in galileā duo milia: mille autē uenerunt cū eo. Et autē intrauit ptolomaidā ionathas. clausurunt portas ciuitatis ptolomēses: et cōphenderūt eum: et oēs q̄ cū eo intrauerūt: gladio interfecerūt. Et misit Triphō exercitum et eq̄tes in galileā et in campū magnum: ut pderent oēs socios ionathe. Et illi cū cognouissent. qz cōphensus est ionathas et perijt et oēs q̄ cū eo. erāt: hortati sunt semetipsos: et exierunt parati in plūz. Et uidentes hi q̄ insecuti fuerāt: qz p̄ anima res est illis: reuēsi sunt: illi autē uenerunt oēs cū pace in terram iuda. Et planxerunt ionathan et eos q̄ cū ipso erāt valde. Et luxit israel luctu magno. Et q̄sierunt oēs gentes que erant in circūitu eoz pterere eos. Dixerunt enim. Nō hnt p̄ncipē et adiuuante: nūc q̄ expugnem⁹ illos: et tollam⁹ de hoibus memoriā eozū. XIII

**A**udiuit simon qz congregauit Triphon exercitū copiosum. ut ueniret in terrā iuda: et atteret eā: uidēs qz i tremore plus est et in timore. ascendit hierlm et cōgregauit plm et adhortans dixit. Vos scitis quanta ego et fratres mei et dom⁹ patri mei fecimus p legibus et p̄ sanctis plia: et angustias quales uidimus. horū grā plerunt fr̄es mei oēs ppter isrl: et relictus sum ego solus. Et nunc nō mihi cōtingat parcere anime mee in omī tpe tribulatōnis. Non em̄ melior sum fratribus meis. Vindicabo itaqz gentes meā et sancta. natos qz nros et uxores qz congregate sunt vniūse gētes cōterere nos inimicicie grā. Et accensus est spūs populi simul ut audiuit simones istos: et respōderit voce maḡ dicētes. Tu es dux nr̄ loco iude et ionathe fratris tui. Pugna plū nr̄m: et omia q̄cū qz dixeris nobis faciemus. Et p̄gregans oēs viros bellatores accelerauit cōsummāre vniuersos muros hierlm: et muniuit eā in gyro. Et misit ionathan filiū absolomi: et cū eo exercitum nouū in ioppen: et eiecit his q̄ erant in arce remāsit illic ipse. Et mouit triphō a ptolomaida cum exercitu multo ut ueniret in terram iuda: et ionathas euz eo in custodia. Simon autē applicuit in addus cōtra faciem capi. Et ut cognouit triphon qz surrexit simon loco fratris sui ionathe: et qz cōmissurus esset cū eo plium: misit ad eū legatos dicēs. Pro argēto qd̄ debebat frā tuus ionathas i ratione regis ppter negocia q̄ habuit: detinuimus eum. Et nūc mitte argētū talēta centū et duos filios eius obides: ut non dimissus fugiat a

nobis et mitemus eū. Et cognouit simon qz cum dolo loqueret secū. Iussit tñ dari argētum et pueros: ne inimiciciā magnam sumeret ad populum israel dicentem. quia non misit ei argētū et pueros. p̄pterea perijt. Et misit pueros et centum talenta. Et mentitus est et nō dimisit ionathan. Et post hec uenit triphon in tra regionem: ut cōtereret eam: et gyrauerūt p̄ viā que ducit ador. Et simon et castra eius ambulabāt in omnē locū quocunqz ibant. Qui autē in arce erant miserūt ad triphonem legatos ut festinaret uenire p̄ desertus: et mitteret illis alimonias. Et parauit triphon omnē equitatum: ut ueniret illa nocte. Erat eniz nix multa valde: et non uenit in galadithim. Et cū appropinquasset baschamā occidit ionathan et filios eius illic. Et cōuertit triphon: et abiit in terraz suam. Et misit simon et accepit ossa ionathe fratris sui: et sepeliuit ea i modin ciuitate patrū eius. Et planxerūt eū omnis israel planctu magno: et luxerunt eū dies multos. Et edificauit simon sup̄ sepulchrū patris sui et fratrū suorū edificiuz altū visu: lapide polito retro et ante: et statuit septē pyramidas vnā cōtra vnā: patri et matri: et quattuor fratribus. Et his circūposuit colūnas magnas: sup̄ colūnas arma. ad memoriā eternaz: et iuxta arma naues sculptas. q̄ uiderent ab homibus nauigantibus mare. Hoc est sepulchrum qd̄ fecit in modin vsqz in hunc diē. Triphon autē euz iter faceret cum antiocho rege adolescente dolo occidit euz et regnauit i loco eius. Et imposuit sibi diadema asie: et fecit plagā magnā in terra. Et edificauit simon presidia iudee: muniens ea turribus excelis et muris magnis: et pozis et feris et posuit alimenta in munitionibus. Et elegit simon viros: et misit ad demetriū regē ut faceret remissionem regioni: qz actus omēs triphonis p̄ direptionē fuerant gesti. Et Demetrius rex ad vba ista respōdit ei: et scripsit epistolam talez. Rex demetrius: simoni summo sacerdoti et amico regum et senioribus et gēti iudeorum salutem. Coronam aureā et habenquā misisti suscepim⁹: et parati sum⁹ facē vobiscū pacē magnam: et scribere p̄positū regis remittere vob̄ q̄ inclusim⁹. Quēcūqz em̄ constituimus vob̄ cōstant. Punitiōes q̄s edificastis vob̄ sint. Remittim⁹ q̄s ignorātiā et peccata vsqz in hodiernū diē: et coronā quaz debebatis. Et si qd̄ aliud erat tributarium in hierusalem iam non sit tributariuz. Et si quis ex vobis apti sunt p̄scribi inē nostros: cōscribant: et sit inter nos pax. Anno centesimo septuagesimo ablatū est iuguz gentium ab isrl. Et cepit populus israel scribere in tabulis et

# Machabeorum

gestis publicis. anno primo sub simone sumo sacerdote magno duce et pncipe iudeorū. In diebus illis applicuit simon ad gazan: et circumdedit eā castris: et fecit machinas: et applicuit ad ciuitatē: et percussit turrem vnā: et cōprehendit eā. Et q̄ eruperāt erāt intra machinaz et ciuitatē. Et fact⁹ est mor⁹ magn⁹ in ciuitate. Et ascēderunt q̄ erant in ciuitate cuz vxoribus et filijs supra murū scissis tunicis suis: et clamauerūt voce magna postulātes a simone dextras sibi dari: et dixerūt. **Nō nob reddas s̄m malicias n̄ras: s̄ s̄m misericordias tuas: et seruiem⁹ tibi.** Et flexus simon nō debellauit eos: eiecit tñ eos de ciuitate: et emundauit edes in qb⁹ fuerant simulacra: et tunc intrauit i eā cū hymnis benedicēs dñm. Et eiecit ab ea omī imundicia collocauit in ea viros q̄ legē facerēt: et muniuit eā: et fecit sibi habitationē. Qui autē erāt in arce hierl̄m phibebatur egredi et ingredi regionē: et emere ac vendere et esurierunt valde. et mlti ex eis fame perierūt. Et clamauerūt ad simonem vt dextras acciperēt: et dedit ill. Et eiecit eos inde et mūdauit arcē a cōtaminatiōibus. Et intrauerūt i eā t̄tia et vicesima die sc̄di mēf̄ āno cētesimo septuagesimo p̄mo cū laude et ramis palmarū et cytharā et cymarā et cymbal et nablīs et himnis et canticis: qz cōtrit⁹ est inimic⁹ magn⁹ ex isrl̄. Et constituit vt omnibus annis agerent dies hi cū leticia. Et muniuit mōrē tēpli. q̄ erat secus arcem: et habitauit ibi ip̄e et q̄ cū eo erāt. Et vidit simon iohannē filium suū q̄ fort⁹ p̄lly vir esset: et posuit euz ducē virtūū vniuersarum: et habitauit in gazaris. XIII

**A**nno centesimo septuagesimo secundo cōgregauit rex demetri⁹ exercituz suū: et abiit i mediā ad p̄trahēda sibi auxilia. vt expugret triphonē. Et audiuit arfaces rex p̄lidis et medie qz intrauit demetri⁹ us cōfines suos: et misit vnum de p̄ncipibus suis vt cōprehenderet eū viuuz: et adduceret eū ad se. Et abiit et percussit castra demetri⁹: et cōprehendit eū: et duxit eū ad arfacē: et posuit eū in custodia. Et siluit oīs t̄ra iuda oīb⁹ diebus simonis et q̄siuit bona gēt̄ sue: et placuit ill ptās ei⁹: et gl̄a eius oīb⁹ diebus. Et cum oī gl̄a sua accepit ioppen i portū et fecit introitum in insul maris. Et dilatauit fines gentis sue: et obtinuit regionē. Et cōgregauit captiuitatem multā: et dñatus est gazare: et bethsare et arci: et abstulit immundicias ex ea: et nō erat q̄ resisteret ei. Et vnusq̄sqz colebat terrā suā cū pace: et terra iuda dabat fructus suos et lig cāporū fructū suū. Seniores i plateis sedebant oēs: et de bonis t̄re tractabāt: et iuuenes induebāt se gl̄am et stolas belii. Et ciuita-

tibus tribuebat alimonias: et cōstituēbat eas vt essent vasa munitōnis quoad usqz nomiatum est nomen gl̄e eius vsqz ad extremū terre. Fecit pacē sup terrā: et letatus est israhel leticia magna. Et sedit vnusq̄sqz sub vite sua et sub ficulnea sua et nō erat q̄ eos terreret. Defecē impugnās eos sup terrā: reges contriti sunt i diebus illis. Et cōfirmauit oēs hūiles populi sui: et legem exq̄siuit: et abstulit omnē iniquū et malum. Sancta gl̄orificauit: et multiplicauit vasa sanctorū. Et audituz est rome: qz defunctus esset ionathas et vsqz in spartiatas et contristati sunt valde. Et audierunt autē qz simon frat̄ ei⁹ fact⁹ esset summ⁹ sacerdos loco eius: et ipse obtineret omnē regionē et ciuitates in ea: scripserūt ad eum tabul̄ ereis vt renouarēt amicitias et societate quam fecerāt cū iuda et cū ionatha fratribus eius. Et lecte sunt in cōspectu ecclē in hierl̄m. Et h̄ exempluz eplarum quas spartiate miserūt. Spartiano rū p̄ncipes et ciuitates: simoni sacerdoti magno et seniorib⁹ et sacerdotibus et reliqz p̄plo iudeorū fratribus salutē. Legati q̄ missi sunt ad p̄lm n̄m nunciauerūt nobis de v̄ra gl̄a et honore et leticia: et gauisi sumus i introitu eorum. Et scripsim⁹ q̄ ab eis erant dicta i cōciliis populi sic. Numenī antiochi: et antipater iasonis filii legati iudeorum venerūt ad nos renouātes nobiscū amicitia p̄stinā. Et placuit p̄plo excipere viros gl̄ose: et ponere exemplum sermonū eorū in segregatis populi libris: vt sit ad memoriā poplo spartiatay. Exempluz autē horū scripsimus simōi magno sacerdoti. Post hoc autē misit simon numeniū romā habentem clypeū aureum magnū pondo minarum mille. ad statuēda cuz eis societate. Cū autē audisset populus roman⁹ simones istos dixerūt. Quā gratiarū actōem reddemus simoni et filijs eius? Restituit em̄ ipse fratres suos et expugnauit inimicos isrl̄ ab eis. Et statuerunt ei libertatez: et descripserunt in tabul̄ ereis et posuerūt in titulis in monte syon. Et h̄ ē exemplū sc̄pture. Octauadecia die mēf̄ elul anno centesimo septuagesimo secundo. anno tertio sub simone sacerdote magno in assaramel in cōuentu magno sacerdotū et populū et p̄ncipū et gentis et seniorū regionis. nota facta sunt hec: qm̄ frequē facta sunt p̄lia i regione n̄ra. Simon autē matathie filii⁹ ex filijs tarib et fratres eius dederūt se periculo: et restiterunt aduersarijs gentis sue vt starēt sancta ip̄orum et lex: et gl̄a magna gl̄orificauerūt gentē suā. Et cōgregauit ionathas gentem suā: et factus est illis sacerdos magnus: et appositus est ad populum suum. Et voluerūt inimici eorū calcare sancta: et auertere regio-

nem ipsoꝝ: et extēdere manꝰ i sancta sanctorꝝ  
**T**unc restitit simon: et pugnavit pro gēte sua  
 et erogavit pecunias multas: et armavit viros  
 virtutis gentis sue: et dedit illis stipendia. Et  
 munivit civitates iudee et bethsurā q̄ erat in fi-  
 nibus iudee vbi erāt arma hostiū antea: et po-  
 suit illic p̄sidiū viros iudeos. Et iopen muni-  
 vit q̄ erat ad mare: et gazaram q̄ est in finibus  
 azoti: in q̄ hostes antea habitabāt: et colloca-  
 vit illic iudeos: et q̄cunq; apta erant ad corre-  
 ptionē eorū posuit in eis. Et vidit plus actū  
 simonis et glām quam cogitabat facere genti  
 sue: et posuerūt euz ducē suū et p̄ncipem sacer-  
 dotū eo q̄ ipse fecerit hec oia: et iusticiā et fidē  
 quā p̄seruavit gēti sue: et exq̄sivit oī mō exal-  
 tare p̄lm suuz. Et in diebꝰ eiꝰ p̄speratū est in  
 manibꝰ eiꝰ vt tollerent gētes de regione ipsoꝝ  
 et q̄ in ciuitate dauid erāt i hierlm in arce de q̄  
 p̄cedebant et cōtaminabāt omia q̄ in circūitu  
 sanctorū sunt: et inferebāt plagā magnā casti-  
 tati. Et collocavit in ea viros iudeos ad tuta-  
 mentum regionis et ciuitatis: et exaltauit mu-  
 ros i hierlm. Et rex demetrius statuit illi sum-  
 mum sacerdotiū. Scdm̄ hec fecit eum amicū  
 suuz: et gloriificauit eum glā magna. Audiuit  
 em̄ q̄ appellati sunt iudei a romanis amici et  
 socij et fratres: et q̄ susceperunt legatos simo-  
 nis gloriose: et quia iudei et sacerdotes eoruz  
 cōsenserunt eum esse ducē suū et summū sa-  
 cerdotē i eternū donec surgat p̄pheta fidelis  
 et vt sit sup eos dux: et vt cura esset illi p̄ san-  
 ctis: et vt constitueret p̄positos sup opa eoz  
 et sup regionem: et sup arma et super p̄sidia et  
 cura sit illi de sanctis: et vt audiat ab omnibꝰ  
 et scribant in noīe eius omnes conscriptiōes  
 in regione: et vt operiat purpura et auro. et ne  
 liceat vlli ex populo et ex sacerdotibus irritū  
 facere aliquid horum: et contradicere his q̄  
 ab eo dicunt: aut conuocare conuentum i re-  
 gione sine ipso: et vestiri purpura et vti fibula  
 aurea. Qui aut fecerit extra hec. aut irritum  
 fecerit aliquid horuz: reus erit. Et complacu-  
 it omni populo statuere simonē: et facere fm̄  
 vba ista. Et suscepit simō et placuit ei vt sum-  
 mo sacerdotio fūgeret: et esset dux et p̄nceps  
 gentis iudeorum et sacerdotuz: et p̄esset om-  
 nibus. Et scripturā istam dixerunt ponere in  
 tabulis ereis: et ponere eas i p̄bulo sanctorꝝ  
 in loco celebri. Exēplū aut earū ponere i era-  
 rio: vt habeat simon et filij eiꝰ. XV

**E**tmisit rex antiochus filius Demet-  
 trij epistolas ab insulis maris simoni  
 sacerdoti et p̄ncipi gentis iudeoruz et  
 vniūse gēti: et erāt p̄tinētes hūc modū. Rex  
 antiochus. simoni sacerdoti magno et gēti iu-  
 deorum salutem. Quoniā q̄dem pestilentes

obtinuerūt regnuz patrum nostrorum: volo  
 autē vendicare regnuz et restituere illud sicut  
 erat antea: et electā feci multitudinē exercitꝰ:  
 et feci naues bellicas. Volo autē p̄cedere p̄ re-  
 gionez vt vlciscar in eos qui corruperunt re-  
 gionē nostrā: et q̄ desolauerūt ciuitates mul-  
 tas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi oēs  
 oblationes quas remisit tibi ante omnes  
 reges: et quecunq; alia dona remisit tibi:  
 et p̄mitto tibi facere p̄cussuram p̄prij numis-  
 matis in regione tua. Hierlm̄ autem sanctam  
 esse et liberam: et omia arma que fabricata sūt  
 et p̄sidia que construxisti que tenes. mane-  
 ant tibi. Et omne debitum regis et que futu-  
 ra sunt regi ex hoc et in totum tempꝰ remittū  
 tibi. Cum autē obtinuerimus regnū nostrū.  
 gloriificabimꝰ te et gentē tuā: et templū gloria  
 magna. ita vt manifestet gloria vestra in vni-  
 uersa terra. Anno centesimo septuagesimo q̄r-  
 to: exiit antiochus in terrā patrum suorum et  
 conuenerunt ad eum omnes exercitus: ita vt  
 pauci relictī essent cū triphone. Et insecutus  
 est eū antiochus rex: et venit dozam fugiens  
 p̄ maritimā. Sciebat em̄ q̄ congregata sunt  
 mala in eū: et reliquit eum exercitus. Et apli-  
 cuit antiochus super dozam cū cētū viginti  
 milibus viroꝝ belligerorum et octo milibus  
 equitum. Et circūiuit ciuitatē: et naues  
 a mari accesserunt: et vexabant ciuitatez a ter-  
 ra et mari: et neminem sinebant ingredi vel e-  
 gredi. Venit aut numenius et q̄ cū eo fuerant  
 ab vrbe roma habētes eplās regibꝰ et regio-  
 nibus scriptas: in q̄bus cōtinebant hec. Lu-  
 cius cōsul romanoꝝ. ptolomeo regi salutem.  
 Legati iudeorū venerūt ad nos amici nr̄i re-  
 nouātes p̄stinā amicitia et societate. missi a si-  
 mone p̄ncipe sacerdotū et p̄lo iudeorū. Attu-  
 lerūt aut et clypeū aureum minaz mille. Pla-  
 cuit itaq; nob scribē regibꝰ et regioibꝰ vt nō i-  
 ferant ill' mala: neq; ipugnēt eos et ciuitates  
 eorū et regiones eoz: et vt nō ferant auxiliuz  
 pugnantibus aduersus eos. Vt sum autē est  
 nob accipe ab eis clypeum. Si q̄ ḡ pestilētes  
 fugerint de regione ipsoꝝ ad vos: tradite eos  
 simoni p̄ncipi sacerdotū vt vidicet in eos fm̄  
 legē suā. Hec eadem scripta sunt demetrio re-  
 gi et attalo et arabe et arfaci: et in oēs regiones  
 et samsame et spar tanis et delo et mido et sitio-  
 ne et carie et samuz et pamp hylā et lytiā et ali-  
 carnasum et rhodum et faselida et choo et si-  
 den et arado et gozty nā et gnydum et cypuz  
 et cyrenen. Exēplū autē eoruz scripserunt si-  
 moni p̄ncipi sacerdotum et populo iudeoruz.  
 Antiochus aut rex applicuit castra in dozam  
 secundo admouens ei ip̄ manus et machinas  
 faciens et cōclusit triphonem ne procederet

# Rachabeorum

Et misit ad eū simon duo milia viroꝝ electoꝝ  
rum in auxiliū: et argentū et aurū et vasa copi  
osa: et noluit ea accipere sed rupit omnia q̄ pact⁹  
est cum eo antea: et alienauit se ab eo. Et mi  
sit ad eū athenobium vnuz de amicis suis vt  
tractaret cū ipso dicēs. Vos tenetis iopen et  
gazaram et arcem q̄ est in hierlīm ciuitates re  
gni mei: fines earū desolastis et fecistis plagā  
magnā in terra: et dominati estis per loca ml̄  
ta in regno meo. Nunc q̄ tradite ciuitates q̄s  
occupastis et tributa locozum i quibus domi  
nati estis extra fines iudee. Sin autem: date  
p̄ illis quingenta talenta argenti: et exterminij  
quod exterminastis: et tributorum ciuitatuz.  
alia talenta quingenta. Sin autē: veniem⁹ et ex  
pugnabimus vos. Et venit athenobius ami  
cus regi in hierlīm et vidit glām simonis et cla  
ritatem in auro et argento: et apparatus copio  
sum et obstupuit: et retulit ei v̄ba regis. Et re  
spondit ei simon: et dixit ei. Neq; alienā terrā  
sumpsimus. neq; alienā detinem⁹: sed heredi  
tatem patrū nostrorū q̄ iniuste ab inimicis no  
stris aliquo tpe possessa est. Nos v̄o tempus  
habentes vendicam⁹ hereditatē patrū n̄roz  
Nam de iope et gazara. q̄ expostulas: ipsi fa  
ciebāt in p̄lo plagā magnā: et in regione n̄ra.  
horum damus talenta centum. Et non r̄ndit  
ei athenobius v̄bum. Reūsus autē cuz ira ad  
regem renūciavit ei v̄ba ista. et glām simonis  
et vniūsa q̄ vidit: et iratus est rex ira magna.  
Triphon autē fugit nauī i orthosaida. Et cō  
stituit rex cendebeum ducē maritimū et exer  
citum peditū et equitū dedit illi. Et mādauit  
illi mouere castra p̄tra faciē iudee et mādauit  
ei edificare cedronem: et obstruere portas ci  
uitatis: et debellare p̄lm. Rex autē p̄c̄q̄bat tri  
phonem. Et puenit cendebeus tamniā: et ce  
pit irritare plebem et cōculcare iudeā et capti  
uare p̄lm et interficere: et edificare cedronem  
Et collocavit illic equites et exercitū vt egres  
si pambularent viā iudee sic cōstituit ei rex.

**A**scendit iohannes de ga/ XVI  
zaris et nunciavit simoni patri suo q̄  
fecit cendebeus in p̄lo ipoz. Et vo  
cauit simon duos filios suos seniores iudam  
et iohānē: et ait illi. Ego et fratres mei et dom⁹  
patris mei expugnauimus hostes isrl̄ ab ado  
lescētia vsq; in hunc diem: et prosperatū est  
in manibus nostris liberare israhel aliquotiēs  
Nunc autē senui. sed estote loco meo et fratris  
mei: et egressi pugnate p̄ gente n̄ra. Auxiliuz  
v̄o de celo vobiscū sit. Et elegit de regiōe vi  
ginti milia viroꝝ belligatorū et eq̄tes et p̄  
fecti sunt ad cendebeū et dormierūt in modin.  
Et surrexerūt mane et abierunt in campum.  
Et ecce exercitus copiosus in obuiā illis. pe

ditum et eq̄tū. et fluuius torens erat int̄ mei  
diuz ipoz. Et adinouit castra p̄tra faciē eoz  
ipse et p̄lus eius: et vidit populū trepidantē  
ad transfretandū torentē et transfretauit p̄  
mus. Et viderunt eū viri: et transierunt post  
eum. Et diuisit p̄lm et eq̄tes in medio peditū  
Erat autē equitatus adūsarioꝝ copiosus ni  
mis. Et exclamauerunt sacris tubis: et in fu  
gam conuersus est cendebeus et castra eius et  
cecidit ex eis multi vulnerati: residui au  
tem in munitionez fugerunt. Tunc vulnera  
tus est iudas frater iohānis. Iohannes autē  
insecutus est eos donec venit cedronē quam  
edificauit: et fugerūt: vsq; ad turres q̄ erant in  
agris azoti: et succendit eas igni. Et cecidit  
ex illis duo milia viroꝝ: et reūsus est i iudeā  
in pace. Et ptolomeus filius abobi cōstitut⁹  
erat dux in campo hiericho et habebat argen  
tum et aurū multū. Erat em̄ gener summi sa  
cerdotis. Et exaltatū est cor eius. et volebat  
obtinere regiōnē: et cogitabat dolum adūsuz  
simonē et filios eius vt tolleret eos. Simō au  
tem pambulans ciuitates q̄ erāt in regiōe iu  
dee: et sollicitudinē gerēs earum descendit in  
hiericho: ipse et matathias filius ei⁹ et iudas  
āno cētesimo septuagesimo septio. mēse v̄nde  
cimo. hic est mensis sabath. Et suscepit eos  
filius abobi in munitiū culam q̄ vocat doch.  
cum dolo quā edificauit: et fecit eis cōuiuiz  
magnū: et abscondit illic viros. Et cuz incebu  
atus esset simō et filij eius surrexit ptolomeus  
cum suis: et sumpserunt arma sua: et intraue  
runt in conuiuium: et occiderūt eum et duos  
filios eius: et quosdam pueros eius. Et fecit  
deceptionē magnā in israhel: et reddidit mala  
pro bonis. Et scripsit hec ptolomeus: et mi  
sit regi vt mitteret ei exercitū in auxiliuum: et  
traderet ei regiōnem et ciuitates eoz et tribu  
ta. Et misit alios in gazaram tollere iohannē  
et tribunis misit eplas vt venirent ad se: et da  
ret eis argentū et aurū et dona. Et alios misit  
occupare hierlīm et montē templi. Et precur  
rens q̄daz nunciavit iohanni in gazara quia  
perijt pater eius et fratres eius. et quia misit  
te quoq; interfici. Et audiuit autē vehemen  
ter expauit: et comprehendit viros qui vene  
rant p̄dere eum: et occidit eos. Cogit enim  
q̄ querebant p̄dere eū. Et cetera simonuz io  
hannis et belloꝝ eius et bonarū virtutū qui  
bus fortiter gessit: et edificij muroꝝ quos ex  
truxit et rerum gestaruz eius: ecce hec scripta  
sunt in libro dierū sacerdotij eius: ex q̄ factus  
est p̄nceps sacerdotum post patrem suum.

Explicit liber primus  
Rachabeorum.